D. 29. Maij 1599 A°

Sacra Ma^tas^

11

N 1.

Quibus rationibus permotus S^mus^ D.^us^ N^r^ Monasteria Siecechowiense et Praemitense, quae a regularibus viris obtineri debent, alys minime commendanda duxerit, plenius cognoscet M^tas^ V^a^ ex Apostolico Brevi, quod ea de re ad Ipsam vna cum Ill^mi^ Litteris mittitur. Itaque mihi Eae scribendi occasione ex officio moreque meo vtenti, hoc vnum relictum esse intelligo, vt quam maxima possum animi devotione ac reverentia M^tem^ V^am^ ad memoriam excitem meorum erga se humillimorum obsequiorum. Quod vtique Eae praestare studeo affectu scilicet, quam littera prolixiore. Deus Opt^s^ Max^s^ M^tem^ V^am^, cui me meaque obsequia demississime defero ac subiicio, quam diutissime incolumem tueatur. Romae die 29 Maij 1599

Sac. M^tis^ V.

Serv^r^ hum^mus^

Cinth^s^ Card^lis^ S. Georgij

Polonie

14

Ser.mo D.no D. Sigismundo Poloniae et

Sueciae Regi Potentiss.o etc.